tormenta mediatore cardinale domno Luca
de Flisco tradita est. Placentia vicarium eius
suscipit Alberto Scoto repulso. Audiens vero
imperator facciones et rebelliones multiplices Lom-
bardorum, Guarnerum de Oenibrock fecit presi-
dem Lombardie, ut emergencia huius coherceret.
S(ed) vix cum C intra Placentiam receptus audit
guelfos per vicarios ubique gravari et hoc ipsum pa-
ciencie causam esse. Et hac quasi repulsa ad
cesarem Guarnerus redit. Tunc illustrissima re-
gina Margaretha defuncta est ac sepulta in
loco Minorum Janue. MCCCXI in festo sancte
Lucie venerunt inde Pisanorum legati quasi
ad augusti solatium plurima policentes, venit
et Riczardus Gambatesa secretarius regis Ro-
berti et magna principum ambicione intro-
ductus paucis tractatus innotuit et infecto ne-
gocio redit nuncius. Cesar vero Lodovicum de
Sabaudia ad urbem mittit, qui per columpnen-
ses introductus Lateranum conscendit. Tunc
urbs in varia vota divisa, ubique patet discri-
men. Admiratus eciam Federici regis aliqua
tractatus advenit, post paucos dies reversus Sy-
ciliam. Florencia cum suis complicibus si-
mulque Bononia Degonem marescalcum regis
Roberti cum militum presidio venientem sus-
cipiunt. Et iam minuuntur cesaris opes, iam
gravati Janenses contribucione LX milium au

kui?ki? c